dum tamen posset ista non facere non peccando debet saltem facere quia est minimum facere contra deum
contra preceptorum aut prohibitorum divinam quam observare regula divinitus instituta vel quocumque
contineri minime sciret peccare ipsum vel levissime quomodolibet offendendo

gratiis. et artissimam in se penitenciam tenuit. ne
levem saltem maculam vita famine posset. Patet
igitur quod in sanctificatione in utero contulit graciam mediam
inter graciam sacramentalem id est baptismalem. et
graciam plene confirmacionis in patria. que habet
sibi coniunctum finem ultimum. Tres sunt sanctifica-
ciones matris dei. **Prima** fuit sanctificatio in utero.
Et hec habuit tres effectus. scilicet originalis cul-
pe expiacionem. gracie infusionem. fomitis tanta
restrictionem quod non posset in aliquod peccatum ducere.
licet ipse tamen ipse fomes maneret secundum essenciam.
**Secunda** fuit in spiritus sancti obumbracione. et filii dei con-
ceptione. que tribus premissis effectibus duos superad-
dit. scilicet primo dicta fomitis extinctione. Et confir-
matione in bono. Ita quod que prius poterat peccare.
modo non posset. Hos duos effectus expressit an-
gelus **Luce primo**. Spiritus sanctus superveniet in te quo ad primum.
Et virtus altissimi obumbrabit tibi quo ad secundum.
Ista vero confirmatio non fuit liberi arbitrii ab-
lacio. sed eius per graciam completio. Preterea spiritus sanctus
supervenit eam non solum ad sanctificandum. sed etiam
ad fecundandum. cuius virtute virgo concepit. vir-
go peperit. et virgo post partum permansit. **Tercia**
fuit sanctificatio in habitacione. qui novem mensibus
in utero eius mansit. Ex predictis collige quod fomes
personam inficit. et naturam stimulat. Personam quidem
inquantum ad malum pronam facit. et stimulat ad
peccatum. Naturam vero quia carnem inficit prout est
principium ad carnem alteram. Sed beata virgo Maria
in prima sanctificatione que in utero fuit mundata ab

Beatificationes sunt tres beate Marie virginis

Constat siquidem inter
bonum quantum deus
est amandum non propter
aliud ordine congruo
et naturali non amatur ad aliud
naturale ordinatur quam
secundum ordinem naturale
melius ordinatur ad
dignius et minus perfectum
ad magis perfectum et minus
bonum ad magis bonum
sed aut est deus et
minus perfectum et bonum
quam ipse sed dignius
perfectius et melius est
ergo amandum propter se
quam propter aliud nec
aliquid ordinatur cum
igitur deus sit amandus
est propter se amandus
sed deus est amandus
propter aliud secundum
ordinem est amandum
illud est magis amandum
cui magis amatur quam id quod est ad finem et id quod propter se amatur quam
illud quod plurimo propter illud est cuilibet animo conspicitur. Hec ille